


circuli segmentū e f g. quas  
 drans est, sit deinde f g. seg-  
 mentū partium lx, qualiū  
 quadrans e f g. continet xc.  
 Estoq; propositum ipsarū  
 eclipticarū a b c. & c f h.  
 vtrāmq; duarum sectionū  
 f h, & a b, datā efficere. Atq;  
 ex hypothesesib; Georgii  
 Peurbachii in suis theoris  
 c. Quadrātis ad orbis ve-  
 nit quoq; per polos eclipti-  
 ce octauæ sphæræ c f h, igit̄  
 anguli ad a h. puncta recti  
 sunt & vtrumq; binorū seg-



mentorū a c, c h, quadrans, per librū primū quem scripsi de tri-  
 angulis sphæricis. Atqui idem est sinus rectus qui subtendit a  
 b e, segmentū eclipticæ nonæ sphæræ atq; quadrantē e f g. par-  
 ui circuli. Similiter idem est rectus sinus subtendens f g. parui  
 eiusdem circuli segmentū & f h, segmentū ipsius c f h, eclipticæ  
 octauæ sphæræ. Et quia per tabulas rectorū sinū habentes ma-  
 ximū idest semidiametrū circuli cuiuslibet partium 10000000.  
 ratio semidiametri parui circuli e f g. ad rectum sinū ipsius f g.  
 segmenti est vt partium 10000000, ad 8660254, partes. At vt  
 patuit eadem est ratio recti sinus subtendentis a b e, segmentum  
 ad rectum sinū subtendentem f h, segmentū. Atq; ex hypothesi  
 a b e, segmentū datur in partibus nouem qualiū tota ecliptica  
 a b c, subiicitur 360, igitur sinus rectus subtendens a b e, seg-  
 mentum per premissas rectorū sinū tabulas datur in partibus  
 1564345, qualium eclipticæ nonæ sphæræ semidiameter datur  
 10000000., pportiōales igit̄ sunt hi numeri 10000000, 8660254  
 1564345, & partes recti sinus subtendentis f h, segmentū. Igit̄  
 per propositionē xix, lib. vii, cle. Eu, secundo numero in tertiu  
 multiplicato fiunt 13547625043630, hoc numero deinde diuis-  
 so per primū, exhibūt 1354274, recti sinus segmentū f h, subten-